

## DECRETA S. STEPHANI REGIS

(1000–38)

[LIBER PRIMUS]

*Vide praefatiunculam et notas infra paginas 77–81.*

### Prefatio regalis decreti

Regnante divina clementia opus regalis dignitatis alimonia katholice fidei effectum amplius ac solidius alterius dignitatis operibus solet esse. Et quoniam unaqueque gens propriis utitur legibus, idcirco nos quoque dei nutu nostram gubernantes monarchiam, antiquos ac modernos imitantes augustos, decretali meditatione nostre statuimus genti, quemadmodum honestam et inoffensam ducerent vitam, ut sicut divinis legibus sunt ditati, similiter etiam secularibus addicti, ut quantum boni in his divinis ampliuntur, tantum rei in istis multentur. Que autem decrevimus, in sequentibus subnotavimus lineis.

### Capitula huius libri:

- I. De statu rerum ecclesiasticarum.
- II. De potestate episcoporum super res ecclesiasticas eorumque conveniencia cum laicis.
- III. Quales esse debeant testes et accusatores clericorum.
- IV. Item de eodem.
- V. De labore sacerdotum.
- VI. De concessione regali propriarum rerum.
- VII. De retentu regali rerum.
- VIII. De observatione dominici diei.
- IX. Item aliud.
- X. De observatione quatuor temporum.
- XI. De observatione sexte ferie.
- XII. De his, qui sine confessione moriuntur.
- XIII. De observanda christianitate.
- XIV. De homicidiis.
- XV. De his, qui suas uxores occidunt.
- XVI. De evagatione gladii.
- XVII. De periuris.
- XVIII. De libertis.
- XIX. De conventu ad ecclesiam et de his qui murmurant, vel locuntur in ecclesia hora misse.

## THE LAWS OF KING STEPHEN I

(1000–1038)

[BOOK ONE]

*For prefatory and explanatory notes, see below, pages 77–81.*

### Preface to the royal law

The work of the royal office, subject to the rule of divine mercy, is by custom greater and more complete when nourished in the Catholic faith than any other office. Since every people use their own law, we, governing our monarchy by the will of God and emulating both ancient and modern caesars, and after reflecting upon the law, decree for our people too the way they should lead an upright and blameless life. Just as they are enriched by divine laws, so may they similarly be strengthened by secular ones, in order that as the good shall be made many by these divine laws so shall the criminals incur punishment. Thus we set out below in the following sentences what we have decreed.

### Here are the chapters of this book.

1. The state of ecclesiastical things.
2. The powers of the bishops over church goods and their accord with laymen.
3. What sort of person may be a witness and accuser of clerks.
4. Similarly on the same.
5. The work of priests.
6. Royal concession for the free disposition of goods.
7. The preservation of royal goods.
8. The observance of the Lord's day.
9. More on the same.
10. The observance of Ember days.
11. The observance of Friday.
12. Those who die without confession.
13. The observance of Christianity.
14. On homicide.
15. Those who kill their wives.
16. Drawing the sword.
17. On perjury.
18. On manumission.
19. Gathering at church and those who mutter and chatter in church during mass.

XX. De non recipiendis servis vel ancillis in accusatione et testimonio super dominos suos vel dominas.

XXI. De his, qui alienis servis libertatem acquerunt.

XXII. De his, qui liberos in servitutem redigunt.

XXIII. De his, qui alterius milites sibi tollunt.

XXIV. De his, qui hospites alterius sibi tollunt.

XXV. De his, qui flagellantur sua querentes.

XXVI. De viduis et orphanis.

XXVII. De raptu puellarum.

XXVIII. De fornicationibus cum ancillis alterius.

XXIX. De his, qui petunt sibi ancillas alienas in uxores.

XXX. De his, qui extra regnum suas fugiunt uxores.

XXXI. De furto mulierum.

XXXII. De incendiis mansionum.

XXXIII. De strigis.

XXXIV. De malefecis.

XXXV. De invasione domorum.

#### I. De statu rerum ecclesiasticarum.<sup>1</sup>

Quisquis fastu superbie elatus domum dei ducit contemptibilem et possessiones deo consecratas atque ad honorem dei sub regia immunitatis defensione constitutas inhoneste tractaverit, vel infringere presumpserit, quasi invasor et violator domus dei excommunicetur. Decet enim et, ut indignationem ipsius domini regis sentiat, cuius benivolentie contemptor et constitutionis prevaricator extitit. Nichilominus tamen rex sue concessionis immunitatem ab omnibus ditionis sue illesam conservari pricipiat. Assensum vero non prebeat improvide affirmatibus non debere esse res dominicas, id est domino dominantium traditas. Ita sunt sub defensione regis, sicuti proprie sue hereditatis. Magisque advertat, quia quanto deus excellentior est homine, tanto prestantior est divina cause mortalium possessione. Quocirca decipitur, quisquis plus in propriis quam in dominicis rebus gloriatur. Quarum divinarum rerum defensor et custos divinitate statutus diligenti cura non solum eas servare, sed etiam multiplicare debet, magisque illa, que diximus prestantiora, quam sua defendere oportet et augmentare. Si quis igitur insanus inopportunitate improbitatis sue regem a recto proposito pervertere temptaverit, nullisque remediis mitigari posse visus fuerit, obsequiis aliquibus transitoriis sit necessarius, abscidendus ab eo prociendusque est iuxta illud evangelicum: Si pes, manus vel oculus tuus scandalizat te, amputa vel erue eum et proice abs te.<sup>2</sup>

20. Inadmissability of accusations and testimony of bondmen or bondwomen against their masters or mistresses.

21. Those who procure liberty for bondmen of others.

22. Those who enslave freemen.

23. Those who take the warriors of another for themselves.

24. Those who take guests of another for themselves.

25. Those who are beaten while looking for their own.

26. Widows and orphans.

27. The abduction of girls.

28. Those who fornicate with bondwomen of another.

29. Those who desire bondwomen of others as wives.

30. Those who flee their wives by leaving the country.

31. Theft committed by women.

32. Arson of houses.

33. On witches.

34. On sorcerers.

35. The invasion of houses.

#### 1. The state of ecclesiastical things.<sup>1</sup>

Should anyone, swollen with haughty pride, hold the house of God in contempt, or mistreat the possessions consecrated to God and placed for His service under protective royal immunity, or presume to injure them, let him be excommunicated as an invader and desecrator of the house of God. It is fitting that he should also feel the indignation of his lord, the king, whose good will be disparaged and whose good order subverted. Therefore the king commands that the immunity which he has granted be preserved unimpaired by everyone subject to him. He gives no assent nor should assent be given to foolish assertions that possessions ought not to be given to the church, that is, to the Lord of Lords. Rather they receive the protection of the king in the same way as his own inheritance. He gives even more attention to them, for, just as God is greater than man, the affairs of God take precedence over the possessions of mortals. Thus the man who glories more in his own than in the things of the Lord is badly deceived. The divinely ordained defender and keeper of the things of God ought not only to preserve them with diligent care, but also increase them, and those things which we have called the more important should be defended and increased even more than his own things. If anyone, therefore, should be so foolhardy as to try through the devices of his own wickedness to turn the king away from right purpose, and it should appear that no remedies can be effectively applied, even though he may be temporarily necessary, he should be cut off by the king and cast away just as according to the Gospel: If your foot, or your hand, or your eye offend you, cut it off, or pluck it out, and cast it from you.<sup>2</sup>

II. De potestate episcoporum super res ecclesiasticas eorumque convenientia cum laicis.<sup>3</sup>

Volumus, ut episcopi habeant potestatem res ecclesiasticas providere, regere et gubernare atque dispensare secundum canonicam auctoritatem. Volumus, ut et laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas ecclesias, viduas et orphanos defensandos et ut obedientes sint ad eorum christianitatem servandam. Consentientesque sint comites et iudices<sup>4</sup> presulibus suis ad iustitias faciendas iuxta precepta legis divine. Et nullatenus per aliquorum mendacium vel falsum testimonium neque periurium vel premium lex iusta in aliquo depravetur.

III. Quales debeant esse testes et accusatores clericorum.<sup>5</sup>

Testes autem et accusatores clericorum sine aliqua sint infamia,<sup>6</sup> uxores et filios habentes et omnino Christum predicantes.

IV. Item de eodem.

Testimonium laici adversus clericum nemo recipiat. Nemo enim clericum in publico examinare presumat, nisi in ecclesia.<sup>7</sup>

V. De labore sacerdotum.

Scitote fratres cuncti, quod supra omnes vos laborat sacerdos. Unusquisque enim vestrum suum fert laborem proprium, ille vero et suum et singulorum. Et ideo sicut ille pro omnibus vobis, ita et vos omnes pro eo summo opere laborare debetis in tantum, ut si necessitas fuerit, animas vestras pro eo ponatis.<sup>8</sup>

VI. De concessione regali propriarum rerum.

Decrevimus nostra regali potentia, ut unusquisque habeat facultatem sua dividendi, tribuendi uxori, filiis, filiabus atque parentibus sive ecclesie,<sup>9</sup> nec post eius obitum quis hoc destruere audeat.

VII. De retentu regali rerum.

Volumus quidem, ut sicuti ceteris facultatem dedimus dominandi suorum rerum, ita etiam res, milites,<sup>10</sup> servos<sup>11</sup> et quicquid ad nostram regalem dignitatem pertinet, permanere immobile et a nemine quid inde rapiatur, aut subrahatur, nec quisquam in his predictis sibi favorem acquirere audeat.

VIII. De observatione dominici diei.

Si quis igitur presbiter vel comes sive aliqua alia persona fidelis die dominica invenerit quemlibet laborantem, sive cum bubus, tollatur sibi bos, et civibus<sup>12</sup> ad manducandum detur. Si autem cum equis, tollatur equus, quem dominus bove redimat, si velit, et idem bos manducetur, ut dictum est. Si quis aliis instrumentis, tollantur instrumenta et vestimenta, que si velit, cum cute redimat.<sup>13</sup>

IX. Item aliud.

A sacerdotibus vero et comitibus commendetur omnibus villicis,<sup>14</sup> ita ut illorum iussu omnes concurrant die dominica ad ecclesiam, maiores ac minores,<sup>15</sup> viri ac mulieres, exceptis, qui ignes custodiunt. Si quis vero non observationis causa remanebit per illorum negligentiam, vapulent ac depilentur.

2. The powers of the bishops over church goods and their accord with laymen.<sup>3</sup>

It is our will that bishops have the power to oversee, rule, govern, and dispose of church goods according to the authority of the canons. It is our will that laymen should be obedient in their service to the bishops ruling the churches and defending widows and orphans, even as they be obedient in holding to their Christianity. The *ispánok* and judges<sup>4</sup> should mete out justice according to the precepts of divine law in concert with the prelates. Just law should in no way be perverted by lies or false witness, by perjury or bribes.

3. What sort of person may be a witness and accuser of clerks.

The witnesses and accusers of clerks should be without infamy,<sup>5</sup> having wives and sons, and in all ways professing Christ.<sup>6</sup>

4. Similarly on the same.

No one should accept the testimony of a layman against a clerk. No one should presume to try a clerk in public, unless in church.<sup>7</sup>

5. The work of priests.

Be it known to you, brethren, that the priest works more than any one of you. Each of you bears his own burden, but he bears his own and the burden of all others. Therefore, as he labors for you, so you should work for him with all your strength, even, if necessary, laying down your lives for him.<sup>8</sup>

6. Royal concessions of free disposition of goods.

We, by our royal authority have decreed that anyone shall be free to divide his property, to assign it to his wife, his sons and daughters, his relatives, or to the church;<sup>9</sup> and no one should dare to change this after his death.

7. The preservation of royal goods.

It is our will that just as we have given others the opportunity to master their own possessions, so equally the goods, warriors,<sup>10</sup> bondmen,<sup>11</sup> and whatever else belongs to our royal dignity should remain permanent, and no one should plunder or remove them, nor should anyone dare to obtain any advantage from them.

8. The observance of the Lord's day.

If a priest or *ispán*, or any faithful person finds anyone working on Sunday with oxen, the ox shall be confiscated and given to the men of the castle<sup>12</sup> to be eaten; if a horse is used, however, it shall be confiscated, but the owner, if he wishes, may redeem it with an ox which should be eaten as has been said. If anyone uses other equipment, this tool and his clothing shall be taken, and he may redeem them, if he wishes, with a flogging.<sup>13</sup>

9. More on the same.

Priests and *ispánok* shall enjoin village reeves<sup>14</sup> to command everyone both great and small,<sup>15</sup> men and women, with the exception of those who guard the fire, to gather on Sundays in the church. If someone remains at home through their negligence let them be beaten and shorn.

X. De observatione quatuor temporum.<sup>16</sup>

Si quis quatuor temporum ieiunia cunctis cognita carnem manducans violaverit, per spatium unius ebdomade inclusus ieiunet.

## XI. De observatione sexte ferie.

Si quis in sexta feria ab omni christianitate observata<sup>17</sup> carnem manducaverit, per unam ebdomadam luce inclusus ieiunet.<sup>18</sup>

## XII. De his, qui sine confessione moriuntur.

Si quis tam perdurato corde est, quod absit ab omni christiano, ut nolit confiteri sua facinora secundum suasum presbiteri, hic sine omni divino officio et elemosinis iaceat, quemadmodum infidelis. Si autem parentes et proximi neglexerint vocare presbiteros et ita subiacet absque confessione morti, ditetur orationibus ac consoletur elemosinis, sed parentes lavent negligentiam ieiuniis, secundum arbitrium presbiterorum. Qui vero subitanea periclitantur morte, cum omni ecclesiastico sepeliantur honore, nam divina iudicia occulta nobis sunt et incognita.

## XIII. De observanda christianitate.

Si quis observatione christianitatis neglecta et negligentie stoliditate elatus, quod in eam commiserit, iuxta qualitatem offensionis ab episcopo per disciplinas canonum iudicetur.<sup>19</sup> Si vero rebellitate instructus rennuerit sibi impositum eque sufferre, iterum eodem iudicio restringatur et etiam usque septies. Tandem super omnia si resistens et abnuens invenitur, regali iudicio, scilicet defensori christianitatis,<sup>20</sup> tradatur.

## XIV. De homicidiis.

Si quis ira accensus aut superbia elatus spontaneum commiserit homicidium, sciat se secundum nostri senatus<sup>21</sup> decretum centum et X daturum pensas auri.<sup>22</sup> Ex quibus quinquaginta ad fiscum regis deferantur, alie vero L parentibus dentur, X autem arbitris et mediatoribus condonentur,<sup>23</sup> ipse quidem homicida secundum institutionem canonum ieiunet.<sup>24</sup>

Item aliud.

Si quis autem casu occiderit quemlibet, XII auri pensas persolvat et sicut canones mandant, ieiunet.

Item de homicidiis servorum.

Si alicuius servus servum alterius occiderit, reddatur servus pro servo, aut redimatur et penitentiam, quod dictum est, agat.

Item aliud.

Si vero liber alicuius occiderit servum, reddat alium servum vel pretium componat et secundum canones ieiunet.

## XV. De his, qui suas uxores occidunt.

Si quis comitum obduratus corde neglectusque anima, quod procul sit a cordibus fidelitatem observantium, uxoris homicidio polluetur, secundum decretum regalis senatus cum quinquaginta iuvencis<sup>25</sup> parentibus mulieris concilietur et ieiunet secundum mandata canonum. Si autem miles vel alicuius vir ubertatis eandem culpam inciderit, iuxta eundem senatum solvat

10. The observance of Ember days.<sup>16</sup>

If someone breaks the fast known to all on Ember days, he shall fast in prison for a week.

## 11. The observance of Friday.

If someone eats meat on Friday, a day observed by all Christianity,<sup>17</sup> he shall fast incarcerated during the day for a week.<sup>18</sup>

## 12. Those who die without confession.

If someone has such a hardened heart – God forbid it to any Christian – that he does not want to confess his faults according to the counsel of a priest, he shall lie without any divine service and alms like an infidel. If his relatives and neighbors fail to summon the priest, and therefore he should die unconfessed, prayers and alms should be offered, but his relatives shall wash away their negligence by fasting in accordance with the judgment of the priests. Those who die a sudden death shall be buried with all ecclesiastical honor, for divine judgment is hidden from us and unknown.

## 13. The observances of Christianity.

If someone neglects a Christian observance and takes pleasure in the stupidity of his negligence, he shall be judged by the bishops according to the nature of the offense and the discipline of the canons.<sup>19</sup> If he rebelliously objects to suffer the punishment with equanimity, he shall be subject to the same judgment seven times over. If, after all this, he continues to resist and remains obdurate, he shall be handed over for royal judgment, namely to the defender of Christianity.<sup>20</sup>

## 14. On homicide.

If someone driven by anger and arrogance, willfully commits a homicide, he should know that according to the decrees of our council<sup>21</sup> he is obliged to pay one hundred ten gold *pensae*,<sup>22</sup> from which fifty will go to the royal treasury, another fifty will be given to relatives, and ten will be paid to arbiters and mediators.<sup>23</sup> The killer himself shall fast according to the rules of the canons.<sup>24</sup>

More on the same.

If someone kills a person by chance, he shall pay twelve *pensae* and fast as the canons command.

The killing of slaves.

If someone's slave kills another's slave, the payment shall be a slave for a slave, or he may be redeemed and do penance as has been said.

More on the same.

If a freeman kills the slave of another, he shall replace him with another slave or pay his price, and fast according to the canons.

## 15. Those who kill their wives.

If an *ispán* with a hardened heart and a disregard for his soul – may such remain far from the hearts of the faithful – defiles himself by killing his wife, he shall make his peace with fifty steers<sup>25</sup> to the kindred of the woman, according to the decree of the royal council, and fast according to the commands of the canons. And if a warrior or a man of wealth commits the

parentibus X iuencos ieiunetque, ut dictum est. Si vero vulgaris<sup>26</sup> in eodem crimine invenietur, cum quinque iuencis cogitas reconcilietur et subdatur predictis ieiuniis.<sup>27</sup>

XVI. De evagatione gladii.

Ut pax firma et incontaminata per omnia maneat, tam inter maiores natu quam inter minores, cuiuscunque conditionis sint, interdiximus omnino, ut nullus ad ledendum aliquem evaginet gladium. Quod si quis posthac stimulis sue audacie tactus temptaverit, eodem iuguletur gladio.

XVII. De periuris.

Si quis valentium fide commaculatus, corde pollutus iuramento confracto periurio addictus invenietur, perditus manu periurium luat, aut cum quinquaginta iuencis manum redimat. Si vero vulgaris periurius exteterit, manu amputata punietur aut XII iuencis redimetur et ieiunet, ut canones mandant.<sup>28</sup>

XVIII. De libertis.

Si quis misericordia ductus proprios servos et ancillas libertate feriaverit cum testimonio, decrevimus, ut post obitum eius nemo invidia tactus in servitute eos audeat reducere. Si autem libertatem promiserit et morte impediens non testificatus fuerit, habeat mulier illius vidua et filii potestatem hanc eandem libertatem testificari et agapen<sup>29</sup> facere pro redemptione anime sui mariti qualitercunque velit.

XIX. De conventu ad ecclesiam et de his, qui murmurant vel locuntur in ecclesia hora misse.

Si qui ad ecclesiam venientes ad audiendum officium et ibidem hora sollempnitatis missarum inter se murmurant et ceteros inquietant exponentes fabulas otiosas et non intendentes divinas lectiones cum ecclesiastico nutrimento, si maiores sunt, increpati cum dedecore expellantur de ecclesia, si vero minores<sup>30</sup> et vulgares, in atrio ecclesie pro tanta temeritate coram omnibus ligentur et corripiantur flagellis et cesura capillorum.

XX. De non recipiendis servis vel ancillis in accusationem vel testimonium super dominos vel dominas.

Ut gens huius monarchie ab omni incursu et accusatione servorum et ancillarum remota et quieta maneat, secundum decretum regalis concilii penitus interdictum est, ut nullius causa culpe aliqua servilis persona contra dominos vel dominas in accusationem vel in testimonium recipiatur.

XXI. De his, qui alienis servis libertatem acquirunt.

Si quis inprovidus alienum servum sine conscientia sui senioris ante regem vel maiores natu et dignitate duxerit, ut soluto servitutis iugo levitam libertatis sibi acquirat, sciat se, si dives est, quinquaginta iuencos redditurum, ex quibus quadraginta debentur regi, X vero seniori servi, si vero pauper et tenuis, XII iuencos, ex quibus X regi, duo seniori servi.

same crime he shall pay according to that same council ten steers and fast, as has been said. And if a commoner<sup>26</sup> has committed the same crime, he shall make his peace with five steers to the kindred and fast.<sup>27</sup>

16. Drawing the sword.

In order that peace should remain firm and unsullied among the greater and the lesser of whatever station, we forbid anyone to draw the sword with the aim of injury. If anyone in his audacity should put this prohibition to the test, let him be killed by the same sword.

17. On perjury.

If a powerful man of stained faith and defiled heart be found guilty of breaking his oath by perjury, he shall atone for the perjury with the loss of his hand; or he may redeem it with fifty steers. If a commoner commits perjury, he shall be punished with the loss of his hand or may redeem it by twelve steers and fast, as the canons command.<sup>28</sup>

18. On manumission.

If anyone, prompted by mercy, should set his male and female slaves free in front of witnesses, we decree that no one out of ill will shall reduce them to servitude after his death. If, however, he promised them freedom but died intestate, his widow and sons shall have the power to bear witness to this same manumission and to render *agape*<sup>29</sup> for the redemption of the husband's soul, if they wish.

19. Gathering at church and those who mutter or chatter in church during mass.

If some persons, upon coming to hear the divine service, mutter among themselves and disturb others by relating idle tales during the celebration of mass and by being inattentive to Holy Scripture with its ecclesiastical nourishment, they shall be expelled from the church in disgrace if they are older, and if they are younger<sup>30</sup> and common folk they shall be bound in the narthex of the church in view of everyone and punished by whipping and by the shearing off of their hair.

20. Inadmissibility of accusations and testimony of bondmen or bondwomen against their masters or mistresses.

In order that the people of this kingdom may be far removed and remain free from the affronts and accusations of bondmen and bondwomen, it is wholly forbidden by decree of the royal council that any servile person be accepted in accusation or testimony against their masters or mistresses in any criminal case.

21. Those who procure liberty for bondmen of others.

If anyone thoughtlessly brings the bondman of another, without the knowledge of his master, before the king or before persons of higher birth and dignity in order to procure for him the benefits of liberty after he has been released from the yoke of servitude, he should know that if he is rich, he shall pay fifty steers of which forty are owed to the king and ten to the master of the bondman; but if he is poor and of low rank, he shall pay twelve steers of which ten are due to the king and two to the master of the bondman.

XXII. De his, qui liberos in servitutem redigunt.

Quoniam igitur dignum deo est et hominibus optimum, unumquemque sue industria libertatis vite cursum ducere, secundum regale decretum statutum est, ut nemo comitum vel militum posthac liberam personam servituti subdere audeat. Quod si elationis audacie sue stimulatus presumpserit, sciat se totidem ex proprio compositurum, que vero compositio inter regem et comites dividatur, ut cetera.

Item de eodem.

Sed si quis actenus in servitute retentus pro libertate sui tuenda iudicium legale faciens securus extiterit,<sup>31</sup> tantummodo libertate fruatur et ille, a quo in servitute tenebatur, nichil reddat.

XXIII. De his, qui alterius milites sibi tollunt.

Volumus, ut unusquisque senior suum habeat militem, nec aliquis alter illum suadeat antiquum deserere seniore et ad se venire, inde enim litigium habet initium.

XXIV. De his, qui hospites<sup>32</sup> alterius sibi tollunt.

Si quis hospitem cum benivolentia accipit et nutrimentum sibi honeste inpendit, quamdiu secundum propositum nutritur, non deserat suum nutritorem, nec ad aliquem alium suam deferat hospitalitatem.<sup>33</sup>

XXV. De his, qui flagellantur sua querentes.

Si cuius miles aut servus ad alium fugerit, et his cuius miles vel servus fuga lapsus est suum miserit legatum ad reducendos eos et is legatus ibidem a quoquam percussus et flagellatus extiterit, decernimus nostrorum primatuum conventu, ut ille percussor X solvat iuencos.

XXVI. De viduis et orphanis.

Volumus quidem, ut et vidue et orphani sint nostre legis participes tali tenore, ut si qua vidua cum filiis filiabusque remanserit atque nutrire eos et manere cum illis, quamdiu vixerit, promiserit, habeat postestatem a nobis sibi concessam hoc faciendi et a nemine iterum cogatur in coniugium. Si vero mutato voto iterato nubere voluerit et orphanos deserere, de rebus orphanorum nichil omnino sibi vendicet, nisi tantum sibi congrua vestimenta.<sup>34</sup>

Item de viduis.

Si autem vidua sine prole remanserit et se innuptam in sua viduitate permanere promiserit, volumus, ut potestatem habeat omnium bonorum suorum et quidquid velit inde facere, faciat. Post obitum autem eius eadem bona ad suos redeant parentis mariti, si parentes habet, sin autem, rex sit heres.

XXVII. De raptu puellarum.

Si quis militum in pudicia fedatus, puellam aliquam sine concessione parentum sibi in uxorem rapuerit, decrevimus puellam reddi, etiamsi ab illo aliqua vis sibi illata sit, et raptor X solvat iuencos pro raptu, licet postea reconcilietur parentibus puelle. Si vero pauper quis hoc vulgaris agere agreditur, componat raptum V iuencis.<sup>35</sup>

22. Those who enslave freemen.

